
Lingua Slovena

Lingua Slovena (Slovene *Slovenščina*) est lingua Europaea, una cum linguis Bulgarica et Serbocroata, membrum subfamiliae Slavicarum Meridianarum familiae Slavica linguarum Indoeuropaearum.

Lingua Slovena Slovenščina	
Taxinomia:	Linguae Indoeuropaeae Linguae Baltoslavicae Linguae Slavicae Linguae Slavicae Meridionales Lingua Slovena
Locutores:	2 200 000
Sigla:	1 sl, 2 slv, 3 slv
Status publicus	
Officialis	Slovenia, Unio Europaea et partes Carinthiae et Fori Julii
Privata	Slovenia, Carinthia (Austria, Croatia, Italia, Hungaria
Litterae:	
Scriptura:	Latina
Procuratio:	Academia scientiarum artiumque slovenae (Slovenska akademija znanosti in umetnosti) (SAZU (http://www.sazu.si))



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Circa viginti-duo centena milia hominum linguam Slovenam sermone patrio habent. Ea utuntur in Slovenia, in partibus Austriae (praecipue Carinthiae) et Italiae (Fori Julii), Croatiae et Hungariae, quorum primis tertiis lingua publica est. Maio anni 2004 exeunte, Slovena est una ex linguarum publicarum Unionis Europaeae.

Index

Origo

Sicut aliae linguae Slavicae, radix Slovenae est familia Protoslavica et lingua Slavonica Ecclesiastica Antiqua.

Vetustissima scripta Slovena in Frisingia Bavariae inventa sunt; itaque Monumenta Frisingiae in lingua Slovena *Brižinski spomeniki* vocantur. Hic thesaurus praedicationum circum annum milia exoriri et liber episcopi esse suscipatur. Haec scripta etiam prima ex scriptis Slavicis littera Latina et etiam inter vetustissima manuscripta Slavica omnino sunt.

Slovena litterae in saeculo sedecim per operae reformatoris Primi Trubare (Primož Trubar) et aliorum oritur. Tempore imperii Austro-Hungarici Theodisca lingua auctoritatis cum Slovena vulgaris erat. Magna erat influxio verborum Theodiscorum in linguam Slovenam, et cum primo dimidio saeculi undeviginti (sicut iterum initio viginti) motus linguae puristicae politicae scriptorum nonnullorum contra verba externa agiebat.

Saeculo undeviginti literatura Slovena florere incipiebat.

Post Bello Orbis Terrarum II, Slovenia pars rei publicae socialisticae Iugoslaviae factus est. Slovena inter linguas publicas Iugoslaviae erat, sed Serbocroata usque ad libertatem rei publicae Sloveniae anno 1991 politice linguisticeque dominari manebat.

Grammatica

Sicut in multis linguis Slavicis, Slovena nomina in sex casus flectuntur, et verba temporalia advenire iuncta in duabus formis aspectui, et imperfectum et perfectum solent. Praesens est solum verum tempus; et futurum et praeteritum periphrase cum verbo *biti* 'esse', et participium praeteritum. *Biti* tantum tempus futurum habet, non autem praeteritum.

Differt Slovena grammatica numero plerisque aliis linguis Europaeis, quibus homines hodie utuntur, nisi linguis Sorabicis. Nomina et verba flectuntur in numeris singulari, plurali, et duali. Saepius et liberius quam in lingua Graeca antiqua, numerus dualis adhibetur.

Nomina

Nomina, adiectiva, et praenomina, omnia quae sunt trium masculini, feminini, neutriusque generum, mutantur per sex casus, nominativum, genitivum, dativum, accusativum, locativum, et instrumentalem. Numeri possunt esse singularis, dualis, vel pluralis.

Verba

Verba temporalia Slovena per tres personas et tres numeros flectuntur. Secunda et tertia personae dualis numeri idem pronuntiari scribique solent. Tempora futurum et praeteritum cum participio struuntur, et formis verbi *biti* 'esse', futurum cum formis futuris, praeteritum cum formis praesentibus.

Nexus interni

- Iosephus Kossics, slovenus presbyter, scriptor, poeta, ethnologus, linguista, historicus
- Lingua Vandalica Slavica

Nexus externi

Linguae Slavicae	
Linguae Slavicae Orientales	Lingua Novogardiensis antiqua • Lingua Slavica orientalis antiqua • Lingua Russica • Lingua Ruthenica antiqua • Lingua Ruthenica Alba • Lingua Polesica • Lingua Ucrainica • Lingua Russinica (Lingua Carpato-russinica • Lingua Russinica Croatiae et Banati)
Linguae Slavicae Occidentales	Lingua Polonica • Lingua Cassubica • Lingua Polabica • Lingua Slovincica • Lingua Pomerania • Linguae Sorabicae • Lingua Bohemica • Lingua Iudaeo-Slavica • Lingua Lachica • Lingua Slovacica (Slovaca)
Linguae Slavicae Meridianae	Lingua Slavonica antiqua • Lingua Slavica ecclesiastica • Lingua Bulgarica (Lingua Bulgarica Banatus • Lingua Bulgarica Musulmanorum) • Lingua Macedonica moderna • Lingua Bosnica • Lingua Croatica (Lingua Croatica Burgenlandia) • Lingua Slavica Molensis • Lingua Montenigrinica • Lingua Serbica • Lingua Slovena • Lingua Vandalica Slavica